

Numéro Scripta : 3502

Genre d'acte : autre

Authenticité : non suspect

Datation : ...1250...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Enquête sur les gâtines de Thillières[-sur-Avre].

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 494, p. 86.

Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle.

Texte établi d'après a

Inquisitio facta super contentione Gastinarum Tilleriarum per Wernonem de Verberia, ballivum Vernolii, pro Guillelmo Gazel, milite, ex una parte, Chaillon ex altera, et burgensibus Tilleriarum, ex parte tercia ; pro Guillelmo Gazel, qui vult exemplificare, pro Chaillon qui habet ibi edificia sua et plesseicium suum et habuit pacifice, sicut dicit ; pro burgensibus Tilleriarum, qui dicunt se habere et habuisse pacifice usuagium suum in dictis gatinis ad vivum et mortuum nemus, et ad pasturam animalium suorum.

§ Robertus Travers, juratus, dicit quod semper vidit Chaillou et antecessores suos scindere et pelare et vendere in plesseitio herbergamenta, et edificare pacifice et sine contentione. Item dicit quod vidit burgenses Tilleriarum uti in gatinis ad mortuum nemus, ad vivum et ad pasturam animalium suorum, pacifice et sine contentione, et dicit quod nunquam vidit ibi exemplificare usque modo.

§ Robertus Morel, juratus, dicit de Chaillou idem quod Robertus Travers, et de aliis nichil scit.

§ Radulfus de Mallefont, juratus, dicit quod credit de Challou idem quod primus, verumtamen de auditu.

§ Petrus Gazel, miles, juratus, dicit quod Challou et antecessores ejus semper pacifice herbergamenta, plesseicum tenuerunt et possiderunt et sine contencione. Item dicit quod vidit Guillelmum Gazel, militem, ibi exemplificare pacifice. Item dicit quod vidit homines Telleriarum uti in dictis gatinis ad mortuum et vivum nemus et ad pasturam animalium suorum. Preterea dicit quod vidit Dominum Challou beschare et surpersionem facere in gatinis.

§ Hugo Vernerii, miles, juratus, dicit idem quod Petrus Gazel.

§ Robert Senart, miles, juratus, dicit idem quod Petrus Gazel.

§ Guillelmus Goufflert, miles, juratus, dicit idem quod Petrus Gazel.

§ Thomas Anjebout

§ Ricardus de Bouveria

§ Ivo de Bouveria

§ Pasquerus de Bouveria jurati, dicunt de Callou idem quod Petrus Gazel, miles.

§ Ricardus Courtleu,

§ Petrus Virart,

§ Radulphus Guibert,

§ Gerardus Major, jurati, dicunt de quod nunquam viderunt usque modo contentionem in possessione Challouti, nec in exemplificatione Guillelmi Gazel, nec in usuagione hominum telleriarum.

Nicholaus de Chineville,
Bernardus de Chenevilla,
Gervasius de Cravent,
Robin Guicart,
Radulfus Rossel,
Guillelmus Lambert,
Hugo de Chineinville,
Omundus de Crevent,
Aliaume de Crevent,
Gilet Formi,
Lambert de Crevent,
Coliaume le Grant,
Hugo Foutel,
Robertus Gerard,

Hugo de Crevent ; Isti quindecim jurati dixerunt quod antecessores Challouti fecerunt edificia sua ubi modo sunt, et sciderunt in pleisseitiis suis charnerios ad voluntatem suam, et ubi voluerunt vendiderunt, et vendiderunt similiter le tan, et hec fecerunt pacifice et possederunt sine contradictione. Preterea dicunt quod nunquam viderunt aliquem hominem uti in dictis plesseicis, preterquam Challou et antecessores suos. Item dicunt, viderunt valleiam Challoti exemplificari in pace sine contradicione, et hoc sciunt de visu. Preterea dicunt quod homines Telleriarum semper usi fuerunt in dictis gastinis ad mortuum et vivum nemus et ad pasturam animalium suorum sine contentione. De Guillelmo Gazel, milite, nichil sciunt.